



**Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen
Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark
Brandenburg**

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

Riedel, Adolph Friedrich

Berlin, 1857

IV. Markgraf Ludwig verleiht an einen Bürger zu Bernau, Betkin Sotel, die
Hälfte des Dorfes zu der Wese, a, 5. August 1399.

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-54734](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-54734)

IV. Markgraf Ludwig verleiht an einen Bürger zu Bernau, Bertin Sotel, die Hälfte des Dorfes zu der Wese, am 5. August 1339.

Anno domini M^o. CCC^o. XXXIX^o., In die beate Affre. Contulimus et presentibus conferimus discreto viro Betkino, dicto Sotel, ciuitatis nostre Bernowe cui, suisque veris et legitimis heredibus medietatem ville dicte to der wese cum pacto, censu seruicioque curruum, superiori et inferiori iudicio, iure patronatus ecclesie, cum censu manforum et precaria singulariterque cum omni Jure, vtilitate, honore et commodo, quibus Strenuus miles Tylo et Henningus frater eius dicti Rutenic dicte ville medietatem tenuerunt hactenus et possiderunt, Jure tamen nobis competenti reseruato, quiete et pacifice possidendam. In cuius Testes C. dux de Decka, Joh. hufener, Bombrecht cum ceteris.

Nach dem Copialbuche des M. Ludwig I., betreffend die Vogtei Varnim Nr. 9.

V. Markgraf Ludwig verleiht seinem Küchenmeister Berthold von Ebenhausen für die Zeit seiner Amtsführung seine Gehungen aus der Stadt Bernau, am 22. Oktober 1343.

Nouerint etc. Quod nos etc. Pensatis et consideratis strenui viri Bertoldi de Ebenhufen, militis, coquine nostri magistri, fide continuatis obsequiis nobis exhibitis et in posterum exhibendis et fidelitatis constantia in ipso omnimode comperta sibi que contulimus et presentibus conferimus, assignamus et deputamus pensiones ciuitatis nostre bernowe singulis annis debitis solutionum terminis, quamdiu in nostro seruicio constitutus fuerit, percipiendas pacifice et sine inquietatione qualibet possidendas pariter et tenendas. Mandantes vniuersis et singulis eiusdem ciuitatis bernowe consulis tam presentibus quam futuris, quatenus eidem nostre coquine magistro vel certo suo nuncio singulis annis easdem pensiones terminis solutionis dent et sine contradictione qualibet presentent. Iniungimus etiam stricte et volumus, ne quis officiorum nostrorum tam presentium quam succedentium prenotatum coquine nostre magistrum in earundem pensionum perceptione perturbet nec presumat aliquo modo molestare. In cuius Testes decke, Swarczburg, Lochin et Otto de helbe etc. Datum Sehufen, anno domini M^o. CCC^o. XLIII^o., feria III post diem luce Ewangeliste.

Nach dem Copialbuche M. Ludwig I., betr. die Vogtei Varnim Nr. 21.